



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.  
vsque ad CXIV.

**Vázquez, Gabriel**

**Antverpiæ, 1620**

Plures Philosophi mysterium Trinitatis cognouerunt. c .1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

Ad tertium dicendum, quod cognitio diuinarum personarum fuit necessaria nobis dupliciter. Vno modo ad recte sentiendum de creatione rerum. Per hoc enim quod diximus deum omnia fecisse verbo suo excluditur error ponentium deum produxisse res ex necessitate nature. Per hoc autem ponimus in eo processionem amoris, ostenditur quod deus non propter aliquam indigentiam creaturas produxit, neque propter aliquam aliam causam extrinsecam, sed propter amorem suæ bonitatis. Vnde & Moyses postquam dixerat: In principio creauit deus cælum & terram subdit, dixit deus, fiat lux, ad manifestationem diuini verbi. Et postea dixit. Vidit deus lucem quod esset bona, ad ostendendum probationem diuini amoris. Et similiter in alijs operibus. Alio modo & principalius ad recte sentiendum de salute generis humani: quæ perficitur per Filium incarnatum, & per donum Spiritus sancti.

Conclusio est, impossibile, est naturali ratione in cognitionem trium personarum in trinitate deuenire. Circa hunc articulum nihil notandum occurrit pro explicatione illius, doctrinam tamen eius sollicitis disputationibus examinare necesse erit.

DISPVATIO CXXXII.

An aliqui Philosophi Gentilium notitiam habuerint huius mysterij?

Plures Philosophi mysterium Trinitatis cognouerunt. cap. 1.  
Vnde adumbratam Trinitatis notitiam Philosophi habuerunt. cap. 2.

CAPVT I.

Plures Philosophi mysterium Trinitatis cognouerunt.

Sanctus Thomas in hoc articulo in solutione primi argumenti, vt defendat ratione naturalium posse Trinitatem ostendi, affirmat nulli philosopho gentili mysterium hoc innotuisse. Verum si Patrum scriptis fides habenda est, negare non possumus, nonnullos Philosophos notitiam aliquam huius mysterij fuisse assecutos, vt copiose probat Augustinus Eugubinus libris de perenni Philosophia: sic enim testatur Clemens Alexand. lib. quinto Strom. de Platone, Iustinus contra Iulianum de Orpheo, & alijs, & Augustinus locis inferius allegandis.

Proferamus igitur aliquorum Philosophorum testimonia, vt id quod diximus magis illustretur. Augustinus Eugubinus libro 1. de perenni Philosophia, à capite 1. vsque in finem multa citat, quæ non pauca, quæ de tota Trinitate, ex quibus nos nonnulla referamus. Plato in Epistola ad Diony-

sum Regem qui ipsum de natura Dei fuerat percontatus, sic ait: De natura primi loquendum est per ænigmata, vt si quid epistola ponto, vel terra perpessa fuerit, qui legert, non intelligat: sic ergo res habet. Circum omnium regem omnia sunt, & illius gratia omnia existunt, illeque est causa bonorum omnium: secundum autem circa secundum, & tertium circa tertiam. Quorum verborum sensum explicauit Porphyrius (vt testatur Cyillus) his verbis: Vsq; ad tres subsistentias, siue hypostasies, aut personas progredi: id est habere diuinam substantiam tres descensus, siue in triplicem numerum se propagare: esse enim supremum, altissimumque Deum ipsum per se bonum, post eum, secundum opificem, deinde animam mundi: quia anima Latine idem est, quod ventus Græcè, & uentos, anemos, anima enim est veluti spiritus quidam. Mercurius etiam dictus Trismegistus, id est, tertius maximus, eo quod de Trinitate verba fecerit (vt inquit Suidas) serm. 3. sic ait de Spiritu sancto: Nisi prudentia esset quedam dominatoris omnium, vt hanc ego Theologiam reuelarem, neque vos nunc talis amor tenuisset, vt de eo quaereretis, nunc reliqua audite. Huius spiritus, de quo sepe nunc dixi, omnia indiget, omnia portat, secundum dignitatem omnia viuificat, & nutrit, & à sancto fonte depedit omnibus spiritibus, & viuicibus semper est auxiliator. Hæc Mercurius, & multa alia, quæ copiosius edidit Eugubinus i. libr. c. 3. videtur sana alludere ad illud Genes. 1. Et Spiritus Domini ferebatur super aquas. Alia adducit Eugubinus ibidem ex Plotino, capite autem 4. refertur alia ex Platone in epistola illa citata: denique capitul. 6. ex Damascio Philosopho, qui refert, Ægyptios primum principium tenebras appellasse, quod ter populus acclamabat, nempe significans, Deitatem, quæ omnem cognitionem superat, in tribus subsistete, iuxta illud Psalmi 17. Posuit tenebras latibulum suum.

Sed omissis multis alijs liber adiecte duo alia testimonia, vnum est eiudem Mercurij, aliud oraculi Apollini Delphici: illud vero Mercurij in eius libris, qui nunc circumferuntur, non est, ob id tamen commentitium censeri non debet, multa enim ex Mercurio referant Lactantius, Augustinus, & Cyillus, quæ in illius libris nunc non habentur. Suidas ergo tale recitat testimonium ex Mercurio: Erat lumen intellectuale ante lumen intellectuale, & erat semper mens mentis luminosa, & nihil aliud erat, quam horum vnitas, & Spiritus omnia continens: extra hunc non Deus, non Angelus, non substantia vlla alia, omnium dominus, & pater, & Deus & omnia sub ipso, & in ipso sunt. Nam verbum eius perfectum existens, & secundum, & opifex, lapsum in secunda natura & aqua secunda prolificam fecit aquam. Ideo autem videtur dixisse verbum diuinum fecundam fecisse aquam, quia ex aqua volatilia, & aquatilia animalia produxit, vt refert Scriptura Genes. 1. subiungit Mercurius: Adiuuro te cælum Dei magnum sapiens opus, adiuuro te vocem patris, quam pro. At ipse primam. cum omnem mundum stabiluit, obtestor te per vniuersum verbum, & patrem, qui continet omnia, esto mihi propitius, &c. Quæ latius prosequitur Eugubinus libr. 2. c. 17.

Alterum testimonium est, quod protulit Apollo Delphicus rogatus à sacerdote de vera religione, & refert Eugub. lib. illo c. 19. inquit ergo: Ne me vitam supremam infelix, ipse sacerdos, sciteris de sancto ac diuino genitore, & sobole chæra, rebus magni induperantis, & flatu, qui mundum adstrictum continet omnem, montes, tellurem, fluitos, mare, tartara, & ignem, aeramque,

Platonis te  
stimonium  
de mysterio  
Trinitatis.

Porphyr.  
Cyrilli.

Aliud Mer-  
curij Tris-  
megisti.

Suidas.

Eugub.  
Genes. 1.  
Proterius.

Damascius.

Psalm. 17.

Mercurius  
Apollo Del-  
phicus.

Lactant.

Aliud eius-  
dem Mer-  
curij ex  
Suida.

Genes. 1.  
Mercurius.

Eugub.

Aliud A-  
pollinis  
Delphici.

aer aque; heu repletis his me discedere ab istis coget. Linquetur, quo edebam miracula limen. Ex quibus multaque alijs, quae breuitati consulens praetermitto, deducit Eugubinus aliquam, licet non omnino perfectam Trinitatis cognitionem antiquos Philosophos habuisse.

CAPVT II.

Vnde adumbratam Trinitatis notitiam Philosophi habuerint.

Confessa res est, antiquos Philosophos sola naturalis intelligentiae ratiocinatione vel minimam huius mysterij notitiam assequi non potuisse. Est enim supra captum intellectus creati, ex eo ordine rerum, quem nostri Scholastici supranaturalem vocant: non quia magis sit supra naturam Deum esse vnum, quam trinam: vtrumque enim quamlibet naturam creatam antecellit: ipsi vero naturae Dei maxime consentaneum est: sed Trinitatis mysterium supra naturam merito dicitur, non item vnitatis, multaque alia Dei attributa, quia haec ratiocinatione ex rebus ipsis creatis cognosci queunt, Trinitatis vero mysterium, non solum plene cognoscere, sed neque odorari, nisi reuelatione Dei creatura aliqua potest. Hoc dixerim, quia gratia habitualis, caeteraque dona creata alia quidem ratione supranaturalia dicantur, vt infra disputatione 214. dicemus. Porro autem Philosophos Gentiles reuelatione Dei hoc mysterium didicisse, non est ita accipiendum, quasi ipsis reuelatio aliqua proxime fuerit facta, sed quia aut a facta Scriptura, aut a populo Hebraeo, aut Aegyptio, aut parentum traditione, ab ipso initio ex parte conseruata fuerint edocti, quae omnia ad peculiarem Dei reuelationem pertinent. Nam si Aegyptij aliquid huius mysterij cognouerunt, a populo Hebraeo didicerunt, vt optime notauit Eugubinus libro primo de perenni Philosophia, capite primo, testatur vero Cyrillus libro primo contra Iulianum Saminium, & Taletem Milesium, & Solonem Philosophos ex Graecia in Aegyptum discedendi gratia profectos fuisse. Scribit praeterea Augustinus secundo de doctrina Christiana, capite 28. Platonem in Aegypto ab Ieremia Theologiam didicisse. Verum, vt ipse postea notauit 18. de Ciuitate, capite 37. nulla ratione Plato ab Ieremia doceri potuit, quia Plato septuaginta post ipsum Ieremiam annis natus est. Quod vero subiungit, Trimegistum a Moyse in Aegypto doctum fuisse, non est ita intelligendum; vt ab ipso reuera audierit, Moyses enim teste Eusebio lib. 10. de preparatione Euangelica, ca. 1.2. & 3. & Theodoro de Graecanicis affectionibus multo fuit antiquior Graecis Philosophis Gentilibus, didicerunt igitur a Moyse hoc est, a Scriptura sacra, quam ipse Moyses conscripsit.

Trinitas in Deo cur dicitur suorum naturam, unitas non item.

Eugubinus.

Cyrillus. Saminius. Taletes. Milesius. Solon. August.

Plato. Hieremias.

Eusebius. Theodoret.

Sibylla. Lactantius. August. Sirenus. Eugubinus.

Plura erant testimonia Sibyllarum, quibus mysterium hoc clarissime traditur, quae commemorant Lactantius lib. 1. diuinarum institutionum, cap. 6. & lib. 4. cap. 6. & 7. August. 18. de Ciuitate, ca. 23. eaque in vnum collegerunt Iulius Sirenus in opusculo de prouidentia, circa finem, Eugubinus lib. primo de perenni Philosophia ca. 25. ideoque missa facio, constat autem ex praedictis Doctoribus, has Sibyllas non traditione, non Scriptura, nec communicatione populi Hebraei, sed statu Spiritus sancti hoc mysterium praedica-

ideoque earum alia ratio est, quam Philosophorum, quos haecenus recensuimus, & aliorum, qui de hac eadem re loquuti sunt.

Ratio autem, ob quam asserimus, Philosophos ea solum via mysterij huius notitiam fuisse affectos, est, quia ipsis reuelatio proxime facta non est, sicut Sibyllis, deinde quia nec ratione naturali, vt sequenti disputatione dicemus, nec aliqua demonstratione in hac vita ostendi potest, necesse ergo fuit ab alijs eam doctrinam accipere, aut verbo, aut scripto. Adde, quod licet esset aliqua ratio naturalis huius mysterij, non fieret statim conueniens, Philosophos naturales sine errore propria virtute illam adinuenisse, vt enim disputat. 2. ca. notatum est, fidei reuelatio non solum necessaria est, vt supranaturalia mysteria cognoscantur, verum etiam, vt multae veritates naturales sine errore sciatur.

DISPVTATIO CXXXIII.

An sine peculiari Dei reuelatione in hac vita mortali Trinitas possit euidenter demonstrari.

Demonstrari non posse, plures esse in Deo personas, contra Raymundum Lullium ostenditur, cap. 1.

Demonstrari non posse, in Deo esse tres personas, contra eundem probatur, cap. 2.

Euidenter ostendi non posse, in Deo esse Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, contra Raymundum ostenditur, cap. 3.

Quid de doctrina huius auctoris sentiendum sit, cap. 4.

CAPVT I.

Demonstrari non posse plures esse in Deo personas, contra Raymundum Lullium ostenditur.

Nullus est Catholicorum, qui affirmet naturalis demonstratione, hoc est ex principijs solum naturae, solaque vi naturali intellectus deducta, & inuenta Trinitatem personarum in vera essentia probari posse, neque id vquam afferunt Raymundus Lullius, vt aliqui ei falso adscriptis, sed vbiuicunque dicit, euidentem demonstrationem Trinitatis posse inueniri, loquitur supposito lumine fidei, vel aliqua supranaturali illuminatione diuinitus nobis infusa, cum vero docet, demonstrationes, quas se inuenisse putat huius mysterij, ita euidentes esse, vt Gentilem, & Mahometanum conuincere valeant, si eas semel illi penetrare velit, non explicat, vtrum ad hoc, vt quis assentiat, necessarium sit lumen aliquod supernaturale, an sola rationum vis sufficiat, sicut etiam sufficere potest auctoritas humani testimonij ad generandum assensum. Huic sententiae Eusebii Henricus quodl. 8. quae. 14. vbi tradit, ita posse illustrari hominem lumine fidei in hac vita, vt potest longum exercitium inueniar necessarias, & euidentes rationes Trinitatis. Ad stipulatur etiam Bernardus de Sancto Victore lib. de Trinitate, ca. 1. quem in alium sensum benigne interpretatur Henricus Angelicus in hoc articulo in solutione. Sed clarissime cum Henrico sentit Lullio in eo coto 13. littera H. qui omnes cum Lullio in eo coto nequeat talis demonstratio, aut euidentia inueniri.